



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Antonii De Escobar Et Mendoza, Vallisoletani,
Societatis Iesv Theologi, Vniversæ Theologiæ Moralis,
Receptiores Absqve Lite Sententiæ nec-non
Problematicæ Disquisitiones ... Tomus ...**

Lugduni, 1652-1663

Caput 5. De Impedimento Cognationis spiritualis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80577](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80577)



CAPVT V.

De Impedimento Cognationis spiritualis.

¹⁷ *Quid spiritualis cognatio est, propinquitas quedam personarum ex statu Ecclesie surgens propter collationem Baptismi, vel Confirmationis: vel ob susceptionem suscipientis hanc Sacramenta.*

Hac cognatio non est ex iure diuino naturalis, aut ex iure diuino positio; sed ex solo iure Ecclesiastico. Ex aliis Sacramentis minime oritur spiritualis cognatio, quae Matrimonium aut dirimat, aut impedit. Illa autem cognatio, quae superuenit Matrimonio, ut quia alter coiuu fuit patris alterius in confirmatione, aut leuauit e Sacro fonte filium alterius, aut communem Matrimonium precedens minime dissoluit. Porro impedimentum hoc cognationis spiritualis est perpetuum, unde non extinguitur morte personae, qua mediante contracta est, ut in affinitate, & aliis impedimentis contingit. *Cap. de eius qui filiam suam 30. q. 1. Gutier. c. 100. Filliuc. tr. 10. p. 2. c. 5. n. 188. Reginal. l. 31. n. 148. Sanch. l. 7. d. 54. Bonac. hic. q. 3. p. 5. §. 2.*

¹⁸ *Duplex est hodie tantum cognationis spiritualis species, nempe Paternitas, & Compaternitas.* Paternitas contrahitur inter baptizantem cum baptizato & inter patris cum ipsomet baptizato, & similiter inter confirmantem cum confirmato, & inter patris Confirmationis cum ipsomet confirmato. Compaternitas autem contrahitur inter baptizantem cum patre & matre baptizati, & inter hos parentes carnales baptizati cum patris Baptismi; & similiter parentes confirmati cum confirmante, & cum patris confirmationis. Hinc Parochi incidentes in actum libidinosum, aut delectationem molam circa puellam a se baptizatam, vel circa feminam, cuius aliquam prolem diluerint, non satisfaciunt, si in confessione dicant, quod attigerint, vel consererint in puellam aliquam, vel in mulierem coniugatam, aut viduam; sed etiam addendum est, talem esse a se baptizatam vel aliquam prolem feminae illius diluisse. Quia cum hic sit spiritualis cognatio, talis actus, vel consensus ad incestum reducitur. *Sanci. in selec. d. 40. n. 25. Nauar. c. 12. n. 40. Tolet. l. 7. cap. 18. Filliuc. tr. 10. p. 2. n. 190. Sylui. in supplem. qu. 56.*

¹⁹ *Cognatio spiritualis*

Pius V. declarant in Bulla *Cum illius vicem*, contracta a cognatione spirituali contracta a viro in Baptismo, vel confirmatione non transfundi ad uxorem transfunditur & contra. Imo vir & uxor simul alienum puerum in Baptismo iure communi suscipere possunt & contra. Quia cognatio haec non contrahitur inter ipsomet patris; unde iure exigendi debiti non primuntur. *Henric. d. 12. c. 11. Rodrig. 10. 2. cap. 225.*

²⁰ *Multa requiruntur, ad contrahendam cognationem in Baptismo, vel confirmatione.* Primo, cognatio in ut infans in Baptismo teneatur; unde quando puer est domi baptizatus, & in Ecclesia solemnitate supplentur non contrahitur cognatio ab eo, qui illum suscipit. Secundo, ut puer suscipiatur. *Escol. & Mend. Theol. Moral. Tom. III. P. II*

tur, quando primo Sacra vnda diluitur; unde si infans baptizetur iterum, cognatio non contrahitur; si vero dubium sit de priori Baptismo, & infans rebaptizetur sub conditione, praesumendum est cognationem contrahi. Tertio, requiritur, ut suscipiens puerum teneat, quando Baptismus solemniter administratur; unde qui suscipit infantem in Baptismo priuatum ministrato, non contrahit cognationem; baptizans autem siue sit vir, siue femina baptizans priuatum illam contrahit. Quarto requiritur contractus, ita ut suscipiens, seu tenens verè dicatur suscipere, seu tenere. Praeterea debet puer suscipi de baptizantis manibus & cum, ac dilutus est. Quinto requiritur intentio expressa, vel tacita praestandi patris munus, seu de Sacro fonte suscipiendi, unde ut quis sit legitimus susceptor, & cognationem contrahat, debet usum rationis ad huiusmodi intentionem gerendam, habere. Sexto requiritur, ne adsit error personae: quia qui intendit suscipere filium Petri, & est Pauli filius, non contrahit; sed sit praesentem suscipere intendat, quicumque sit ille. Septimo requiritur, ut baptizans, aut suscipiens sit baptizatus, alioquin cognationem non contrahit. Unde infidelis baptizans, vel tenens fidelis filium non contrahit cognationem cum patre, vel matre fidelis; quia infidelis Ecclesiastico iuri non subicitur. Harecticus tamen suscipiendo, vel baptizando cognationem contrahit, quia est baptizatus, ac subiectus Ecclesiae, si cur & Religiosus contrahit cognationem suscipiendo alios in Baptismo, vel confirmatione, quauis sit illi prohibitum. *Cap. Non licet de consecr. dist. 4. similiter fidelis non est firmatus & tenens feminam in Confirmatione, non contrahit spirituale cognationem cum illa; quia quamuis vitam spirituale Baptismi ratione habeat, ac non habet conditiones ab Ecclesia praescriptas, ut verus sit susceptor. Constat ex Cap. In Baptismo, de consecr. dist. 4. Carpm collegi ex Gutier. capit. 100. numer. 7. Sanchez libr. 7. dub. 62. numer. 5. Rodrig. tom. 1. cap. 225. Rebel. libr. 3. question. 6. numer. 16. Diana p. 5. tract. 3. resol. 7. Henriquez libr. 12. capit. 11. numer. 3. Reginal. libr. 31. numero 151. 155. & 157. Syluest. verb. Matrimonium 8. question. 7. Coninch dub. 32. numer. 25. Valenti. tom. 4. dub. 4. quae. 2. pun. 3.*

²¹ *Quando nulli patrini designantur, nulli tangentes baptizatum contrahunt cognationem, siue simul, siue successiue contingant.* *Suar. 3. p. nulli designati 9. 57. n. 8. Sanch. 7. d. 57. num. 12.* Quando vero plures designati a parentibus, vel ab aliis curam trini, nullus infantis habentibus tangunt, omnes contrahunt cognationem, modo tangant simul si autem successiue tangant, solus primus, qui baptismum suscipit, vel ad summum duo, si sint, si fuerint mas, & femina, cognationem contrahent. *Coninch d. 32. nu. 15. Reginal. libr. 31. num. 152.* Quando autem plures designantur a parentibus, sed Parochus admisit vnum tantum, & vnam: cognatio contrahitur solummodo ab iis, qui fuerint a Parocho admissi, si verò nulli sint designati a parentibus, cognationibus contrahent designati a Parocho. *Bonac. hic. q. 3. pun. 5. §. 2. n. 16. & 29.*

²² *Qui ad suscipiendum mittit procuratorem, ipse contrahit cognationem, non procurator.* Quia quae procurator agit non suo nomine, sed

OBAR
Mort
III. IV
IV

sed mittentis gerit ex nomine, qui quidem fuit designatus. Sic fertur Cardinalis exposuisse. Coninch. d. 3. n. 40. Sà v. Matr. impedim. n. 5. Bonac. q. 1. pun. 5. §. 2. n. 34. Scio Thomà Sanch. l. 7. d. 59. n. 4. & Reginaldum l. 31. n. 156. asseruisse, in hoc casu cognationem neque à mittente contrahi. Et Toletum l. 7. c. 4. putasse, contrahi à procuratore, modo ipse contrahere intendat, non verò à mittente: De quo Sect. 2. Plura apud Sanch. citatum.



CAPVT VI.

De impedimento cognationis Legalis.

³³ Quid, & **L**egalitatis cognatio est, propinquitas quarundam personarum ex adoptione proueniens. Triplex communiter assignatur huius cognationis species. Prima est linea recta inter adoptantem & adoptatum, & descendentes adoptati. Secunda est transversalis inter adoptatū & filios carnales adoptati. Tertia est per modum cuiusdam legalis affinitatis ad naturalis affinitatis similitudinem, quæ est inter adoptatum & uxorem adoptanti: & contra inter adoptatum & uxorem adoptatis. D. Tho. in 4. dist. 42. art. 1. Gutier. l. 2. cap. 102. n. 4. Reginald. l. 31. n. 162. Filiuc. tr. 10. p. 2. n. 198.

³⁴ Adoptio Porro adoptio est, legitima extranea personæ perfecta, & in filium, vel nepotem assumptio. Duplex est, perfecta, & imperfecta. Perfecta dicitur adoptio, quæ adoptatus, interueniente Principis auctoritate, transit in adoptantis potestatem & fit ipsius necessarius hæres, saltem in quarta bonorum, id est, in legitima. Imperfecta autem hoc à perfecta differt, quod per eam non transit adoptatus in adoptantis potestatem, nec illi tanquam necessarius hæres ex testamento succedit, sed tantum ab intestato Coninch. d. 32. n. 4. 2. Reginald. l. 31. n. 158. Bonac. hic q. 3. pun. 5. §. 3. Sanch. l. 7. d. 63. n. 2.

³⁵ Adoptio imperfecta Cognatio legalis orta ex adoptione imperfecta Matrimonium non dirimit. Quia cum Matrimonium sit res fauorabilis, iura illud dirimentia ob adoptionem restringi debent ad perfectam. Sanch. Sylui. Filiuc. Laym. apud Dianam p. 4. tr. 4. resol. 120.


³⁶ Plura requiruntur ut aliquis adoptare possit. Vt aliquis possit adoptare, plura require. Primum, vt adoptans sit sui iuris & maior viginti quinque annis. Secundum, vt adoptans non sit femina. Tertium vt adoptans habeat potentiam naturalem ad generandum: qualem habent facti gladio, aut facti eunuchi per morbum: hi enim sunt tantummodo impotentes ex accidenti, nõ ex defectu. Quartum vt adeo sit ætatis prouectus, vt adoptatum excedat decem & octo annis & possit esse carnalis parens adoptati. His concurrentibus, quilibet potest, etiã si sit Sacerdos, adoptare: & quilibet si præsens sit, adoptari potest. Sanch. l. 7. d. 63. n. 3. Syluest. v. Adoptio, n. 2. Bonac. hic q. 3. pun. 5. §. 3. n. 3. ex Instit. de adoptione.

^{Inter quas} Legalis cognatio impedit, ac dirimit Matrimonium contractum inter adoptantem & ado-

pratum & descendentes adoptati vsque ad quartum gradum. Et inter uxorem adoptantis & adoptatum: ac inter uxorem adoptati & adoptantem. Inter filios (sen filias) adoptantis & adoptatum, dirimit non perpetuo durare. Nam si filij adoptantis emancipentur, vel si pater eorum moriatur, poterunt cum adoptata contrahere. Cap. Per adoptionem 30. q. 3. Cap. Ita diligere 30. q. 3. Nauar. c. 22. n. 45.

³⁷ Filius adoptantis potest Matrimonium contrahere cum adoptati filia. Quia inter has personas nulla intercedit cognatio. Item quando plures adoptati sunt ab vno & eodem possunt inter se inire coniugia. Præterea potest adoptatus Matrimonium contrahere cum filia inirecũ filia illegitima adoptantis, sicut adoptans potest contrahere cum filia adoptatæ filia. Verù hoc impedimentum est iure Ecclesiastico inductum, vnde validum est Matrimonium contractum ab infideli in cognatione legali. Quia infideles non sunt legibus Ecclesiasticis subiecti. Reginald. l. 31. c. 162. & 163. Sà v. Imped. Matrim. n. 6. Nauar. cap. 22. n. 45. Sanch. l. 7. d. 63. num. 35. & 36.

³⁸ Cognatio legalis superueniens Matrimonio iam contracto, non impedit debiti petitionem. Quia nullo iure constat petitionem debiti eo in casu interdici. Sponalibus autem de futuro superueniens, illa dirimit. Rosel. v. Impedimentum, n. 16. Sanch. l. 7. d. 63. n. 19. & 20.



CAPVT VII.

De Impedimento Criminis.

Dvo sunt crimina, quæ Matrimonium iure impediunt, & dirimunt. Alterum est occisio coniugis alienius, causa contrahendi cum eius coniuge. Hæc facta vtroque machinante, perpetuo impedit, etiamsi alter infidelis esset, & ad eius conuersionem procurandam parata fuisset. Facta verò adultero tantum machinante, non sufficit, nisi adulterium interueniat. Vnde vt hoc crimen homicidij inducat dirimens impedimentum hæc requiruntur. Vt Matrimonium, contra quod machinatio facta est, sit verum: Vt machinatio fortiatu effectum, morte scilicet alterius coniugis subleuata: Vt homicidium sit vxoris, nam si vir occiditur, secundum aliquos non incurritur hoc impedimentum: Scio tamen, receptius esse etiam viri morte incurri: Vt tam mortis machinatio quam adulterium interueniat, nisi vtique cooperatus sit ad mortem; tunc enim (vt innu) adulterium non requiritur: Vt quando alter tantum machinatus est mortem, adulterium patratum sit vtique notum: Vt homicidium coniugis eo sine factum sit, vt cum altero coniugium ineatur. Cap. significasti, de eo, qui duxit. Cap. si quis, viuente 31. questio. 1. Gutier. de Matrimonio, c. 105. Coninch. d. 31. num. 62. Nauar. cap. 22. numer. 46. Sanchez l. 7. d. 78. Filiuc. tr. 10. p. 2. n. 253. Bonac. hic q. 3. pun. 6. n. 4. Annotarum in primis, eum, qui dedit occidendi mandatū, sed postea renouauit, cuius renoua

ESCO
Theol
Tom